

Lucius, §. quæ situm, de leg. 3. masculinum & legis dispositione concipit femininum, & tamen ab ea dispositione receditur, si contraria testatoris voluntas ex cõiecturis apparet. Qua de re scribunt multi à me commemorati in consil. 150. num. 64. lib. 2. Probaretiam suam hanc sententiam Socinus multis alijs in iure locis, quæ fortè de præsumptione à lege recepta & probata loquuntur. Ceterum ab hac Socini traditione dissentit Rim, Senior in consil. 223. num. 49. lib. 2. & idem respondit Curt. Iun. in consil. 35. nu. 6. Quorum opinio procedere potest, quando præsumptio illa hominis non apparet validior.

Præsumptio quomodo, & quando tollatur contraria probatione.

S V M M A R I V M.

- 1 Præsumptio iuris & de iure non tollitur regulariter probatione contraria.
2 Præsumptio iuris sola, vel hominis contraria perimitur probatione.
3 Præsumptio à temporis antiquitate orta, tollitur probatione contraria.
4 Veritas semper præualet, eique cedunt omnia.
5 Probationibus constans, dicitur esse ipsa veritas.
6 Fides à probatione proueniens magis certa est, & præualet.
7 Præsumptiones cessant, & coniecturæ, contraria ubi superuenit probatio.
8 Præsumptio à verosimili admittit probationes contrarias, appaerentes, & manifestas, & quid tunc requiratur. nu. 9.

Q V A E S T I O XXXI.

QVAERO trigessimoprimò, an præsumptio tollatur contraria probatione? Hac in re duos tantum calus distinguo, atque constituo.

Primus est cum loquitur de præsumptione iuris, & de iure. Et tunc regulariter illa & contraria probatione non tollitur. c. is qui fidem, de sponsal. & abundè explicabimus infr. quæst. 60. & ibidem in subsequentiibus questionibus differemus.

Secundus est casus, quando loquitur de præsumptione iuris sola, vel de sola præsumptione hominis. Et hoc casu dicendum est, dubio præcul & illam tolli & perimi contraria probatione, si enim (vt superiore questione diximus) præsumptio vna alteram tollit, & perimit, quanto fortius probatio ipsa, præsumptionem tollere, atque perimere potest? Ab hac sententia nemo est, quantum hæcenus mihi licuit videre, qui dissentiat, & in specie traditionem hanc probarunt, Abbas consil. 61. col. vlt. versic. item antiquitas, lib. 1. cum respondit, & in specie probationem à temporis antiquitate exortam, cõtraria probatione perimi. Et idem censuerunt Bellamera & Cæpolla, quos refert & probat Crauet. in tract. de antiquitate tempor. in tertia parte principali, in princ. num. 28. Idem Crauet. in consil. 258. num. 13. His addo Dec. in l. 1. in 3. lect. num. 68. versic. & prædicta, ff. de reb. cred. si certum per. & in consil. 400. nu. 8. Ea est huius doctrinæ ratio, quod veritas semper præualet, & illi omnia cedunt, l. penult. §. mulier, ff. de probatio. & scribunt Bald. in l. filium, in prima lectura, num. 4. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris, & Paris. consil. 29. num. 82. lib. 2. qui in specie præsumptionis loquitur. Cum ergo id quod probationibus constat, ipsa veritas sit, dicendum est coniecturas, & præsumptiones perimi, atque ita cessare, iuxta l. ille aut ille, §. cum in verbis, de leg. 3. & in l. continuus, §. c. ita, de verbor. oblig. Illud etiã accedit, quod fides, & quæ à probatione prouenit, est magis certa, ideo præualet. ita Rom. in consil. 156. nu. 4. Paris. in d. consil. 29. num. 85. lib. 2. post Soc. Sen. in consil. 270. col. 2. lib. 2. & consil. 67. num. 2. lib. 3. Hinc fit, quod non vno in locis non

stri scriptum est, præsumptiones & coniecturas cessare, cum contraria superuenit probatio, sic & in l. vlt. C. si minor se maior, dixit. ita in leg. vlt. in princ. ff. de eo quod met. caus. scribit Vlpianus aduersus eam fatis vrgentem præsumptionem, quæ à verosimili ducitur, & admitti cõtrarias probationes, modò apertissimæ illæ sint. Et Modestinus in l. si chirographum, & Paulus in l. cum de indebito, in princ. ff. de probat. in similibus facti speciebus idem responderunt. & idem respondit lauolen. in l. nuptura, in fine, ff. de iure dotium, & probat egregiè text. in d. c. is qui fidem, de sponsa, argumentando ab inclusione vnius ad alterius exclusionem. Erit tamen obseruandum, his casibus requiri probationes validiores, vt probat l. vlt. in princ. vbi Bart. nu. 1. ff. quod met. caus. Bal. in l. tractationem, C. de transact. Alex. in consil. 99. in fin. lib. 3. Alex. de Neuo, in consil. 30. nu. 3. Curt. Iun. in l. 1. num. 28. C. qui admitti. & in consil. 52. nu. 7. & Lud. Molina de Hispanorum primog. lib. 3. cap. 4. num. 33. & requiri tres & testes omni exceptione maiores, ad probandum contra hanc iuris præsumptionem, scripserunt Spec. in tit. de probat. §. vlt. versic. vlt. Alex. in l. transactio, nu. 3. C. de transactio. & Iaf. in l. sciendum, num. 10. de verb. oblig. Galliaula in l. centurio, nu. 305. ff. de vulg.

stri scriptum est, præsumptiones & coniecturas cessare, cum contraria superuenit probatio, sic & in l. vlt. C. si minor se maior, dixit. ita in leg. vlt. in princ. ff. de eo quod met. caus. scribit Vlpianus aduersus eam fatis vrgentem præsumptionem, quæ à verosimili ducitur, & admitti cõtrarias probationes, modò apertissimæ illæ sint. Et Modestinus in l. si chirographum, & Paulus in l. cum de indebito, in princ. ff. de probat. in similibus facti speciebus idem responderunt. & idem respondit lauolen. in l. nuptura, in fine, ff. de iure dotium, & probat egregiè text. in d. c. is qui fidem, de sponsa, argumentando ab inclusione vnius ad alterius exclusionem. Erit tamen obseruandum, his casibus requiri probationes validiores, vt probat l. vlt. in princ. vbi Bart. nu. 1. ff. quod met. caus. Bal. in l. tractationem, C. de transact. Alex. in consil. 99. in fin. lib. 3. Alex. de Neuo, in consil. 30. nu. 3. Curt. Iun. in l. 1. num. 28. C. qui admitti. & in consil. 52. nu. 7. & Lud. Molina de Hispanorum primog. lib. 3. cap. 4. num. 33. & requiri tres & testes omni exceptione maiores, ad probandum contra hanc iuris præsumptionem, scripserunt Spec. in tit. de probat. §. vlt. versic. vlt. Alex. in l. transactio, nu. 3. C. de transactio. & Iaf. in l. sciendum, num. 10. de verb. oblig. Galliaula in l. centurio, nu. 305. ff. de vulg.

Præsumptio an semiplena probatione sit firmitior & potentior.

S V M M A R I V M.

- 1 Præsumptio iuris & de iure, semiplena est probatione validior.
2 Præsumptio iuris sola, in aliquibus semiplena probatione est fortior, & qua de causa, num. 3.
3 Præsumptionem iuris si pro se quis habeat, non defertur iuramentum suppletorium, aduersario suo semiplenè probanti.
4 Præsumptionem iuris contra se habens, apertissimis eam probationibus diluere debet.
5 Probatio semiplena est præsumptione hominis potentior.

Q V A E S T I O XXXII.

QVAERO trigesimosecundò, an præsumptio & coniectura sit potentior ac firmitior semiplena probatione? Hic sunt distinguendi tres casus.

Primus est, cù agitur de præsumptione iuris, & de iure. Hoc casu dicimus, præsumptionem esse ipsa probatione semiplena validiorem. Id quod dubitatione caret, cum iam constat, esse hanc præsumptionem firmitiorem regulariter ipsa probatione, ex quo ei præualet, vt diximus superiore questione.

Secundus est casus cù agitur de sola iuris præsumptione. Hæc in aliquib. validior est ipsa semiplena probatione. Si quidem præsumptio iuris & reijcit onus probandi in aduersarium, l. generaliter, §. si petimus, in fin. ff. de fideicommiss. liberta. & dicemus infra subsequenti quõne semiplena aut & probatio non reijcit. Sicuti in specie annotauit Crau. in tract. de antiqui. tempor. 1. par. princip. partic. 11. nu. 26. Qua ratione fit, vt semiplena probatio hanc iuris præsumptionem nõ extinguat. Præterea accedit, quod si quis hæt præsumptionem & iuris pro se, non defertur iurim in suppletum probationum suo aduersario, qui semiplenè tamen probauit. Ita Crau. loco iam citato, nu. 29. & vberius differimus infr. q. 82. Rursus accedit, quod ille, qui & hæt præsumptionem iuris contra se, debet illà apertissimis probationibus diluere, l. vlt. vbi gl. ff. de met. caus. & tradit Galliaula in l. centurio, nu. 307. de vulg. Non ergo semiplena probatio est validior hæc præsumptione.

Tertius est casus, cù agitur de præsumptione sola hominis. Hoc casu dicendum est, probationem semiplenam esse & hac præsumptione firmitiorem. Ita in specie Crauet. loco iam relato, num. 28. His faciliè declarari potest quod à multis questum fuit, an præsumptio differat à semiplena probatione? Quam questionem excitauit Aegidius

Aegidius Bossius in tract. causarum criminalium, tit. de iudicijs, & considerationibus ante torturam, num. 9. & Antonius Gomes. in tract. de delictis, c. 13. tit. de probatione delictorum, num. 1. versic. aduertendum, &c.

Præsumptio quando transferat probandi onus in aduersarium.

S V M M A R I V M.

- 1 Præsumptio iuris & de iure, probandi onus in aduersarium nec reijcit, nec probationem admittit in contrarium.
2 Præsumptio in iuris lex pro veritate habet, si contrarium non probetur, eaque probandi onus reijcit in aduersarium, maxime tunc demum, vbi vrgens est, num. 3.
3 Quasi possessio transfert onus probandi in aduersarium.
4 Præsumptio iuris orta ex sententia pendente appellatione, non transfert probandi onus in aduersarium.
5 Præsumptio iuris sola, quam lex pro veritate non habet, onus probandi in aduersarium ne quidquam transfert.
6 Præsumptionem solam iuris, habet lex pro auxilio ipsius probationis.
7 Præsumptio iuris sola, quem producat effectum.
8 Præsumptio hominis non transfert in aduersarium onus probandi, & quando, num. 11.
9 Præsumptio hominis interdum præsumptioni legis præualet, & eam cessare facit.

Q V A E S T I O XXXIII.

QVAERO trigesimotertiò, quando præsumptio coniecturaque reijciat, atque ita transferat onus probandi in aduersarium? Hac in re aliquot casus ita distinguo, atque constituo.

Primus est, cum extat præsumptio iuris & de iure. Hoc casu non est disputandum, an reijciat onus probandi in aduersarium, cum is qui hanc præsumptionem pro se habet, plenè suam intentionem probasse dicatur, ex quo contra eam regulariter non admittitur probatio.

Secundus est casus, cum extat sola iuris præsumptio, quam & lex ipsa pro veritate habet, si contrariū non probetur. Hæc reijcit probandi onus in aduersariū, ita probant l. generaliter, §. si petimus, in fin. ff. de fideicommiss. libert. l. vlt. in princ. ff. de eo quod met. caus. l. nuptura, in fin. ff. de iure dotium. l. si chirographum. & l. cum de indebito, in princ. ff. de probatio. & l. siue possidetis, C. de probat. & in c. ex infinuazione, de procurat. & in cap. venico, vt eccles. benef. Et hoc passim interpretes nostri admittunt. ita inquam hoc admittunt Oldra. consil. 261. in vnione. Calder. consil. 5. tit. de probat. Guido Papæ in tract. de præsump. nu. 61. Spec. in tit. de probat. §. probare, nu. 11. in fin. Bald. in l. siue possidetis, nu. 6. C. de probat. & in c. bonæ, nu. 2. de elect. Angelus in repet. l. sciendum, col. vlt. versic. vbi verò præsumpt. ff. de verb. obligat. Dec. consil. 540. num. 11. Brun. consil. 109. num. 1. & Restaurus Castaldus in tract. de Imperatore, q. 5. l. nu. 22.

qui asserit, hoc maxime procedere, quando & præsumptio hæc vrgens est. Et hæc iuris præsumptio, quo ad hunc effectum, æquiparatur quasi possessioni, quæ & ipsa trãfert onus probandi in aduersarium, ita Gozad. consil. 50. nu. 16. & hic casus multò magis locum habet, quando præsumptio allegatur contra tertium, vt egregiè tradunt Innoc. & Ioan. Andr. in c. super his, de accusat. & ibi Felin. nu. 16. alleg. 53. nu. 3. & alleg. 89. col. vlt. Extenditur vt procedat etiam si postmodum aduersarius haberet probare negatiuam. Ita Dec. in c. nouit, in fi. de iud. & Ceph. in consil. 138. num. 18. lib. 1.

Declaratur hic casus, vt non procedat in ea iuris præsumptione, quæ oritur ex sententia, pendente appellatione. Nam illa non & transfert onus probandi in aduersarium. Ita Imolin. c. in presentia, nu. 2. de renun. & claus.

re. Alciat. de præsump. reg. 3. præsumpt. 9. num. 4. versic. sed ty considera.

Tertius est casus, cù adest sola iuris præsumptio, quæ tamen à lege pro vera non habetur, sed leuis tñ iudicatur. Hæc & non transfert onus probandi in aduersariū. Ita docuit Bald. in l. siue possidetis, n. 6. C. de probatio.

Nam habet lex hoc casu præsumptionem & hanc pro auxilio ipsius probationis, & propterea non operatur huc effectum transferendi onus probandi in aduersarium. Idem scripsit Ang. in d. repet. l. sciendum, col. penult. versic. descendo ad præsumptionem iuris, de verbor. oblig. qui adfert exemplum, vt est (inquit Angelus) quòdo fertur sententia contra vnum ex duobus patronis, vel cum libertus iurat, se vnus libertum non esse. Nam tñc præsumitur, quod sit alterius, sed hæc præsumptio leuis est, & non tranfert onus probandi in aduersarium, sed operatur, & vt existentibus probationibus paribus iudicetur pro eo, qui hanc præsumptionem pro se habet, ita egregiè censuit gl. in l. si duo patroni, in princ. ff. de iureiur. & ibi Iaf. num. 3. in specie Ang. secutus est.

Quartus est casus, cù de præsumptione hominis agitur. Hæc & non transfert onus probandi in aduersarium. ita vno verbo sentit Crau. in tract. de antiq. tẽpor. part. 1. principali, in 1. 1. particula, n. 24. qui tamen aliqua auctoritate non vitur. Adferre potuit auctoritatem Bald. in rubr. C. de probat. nu. 4. dum diffinit præsumptionem iuris & de iure. idem scripsit Bal. in c. bonæ, num. 2. de elect. Rimin. in consil. 223. num. 54. lib. 2. Alc. in tract. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 26. num. 1.

Cæterum hæc interpretum traditio habet non parum dubitationis. Nam si præsumptio hominis & interdum præualet præsumptioni legis, & eam cessare facit, vt explicauimus supra q. 30. n. 6. à fortiori dicendū videtur, quod si legis præsumptio transfert probandi onus in aduersarium, id etiam faciat hominis præsumptio. Responderi forte potest, tunc hominis præsumptionem non tranferre onus probandi in aduersarium, cum & non est efficax, secus si nõ leuis est ponderis, & hoc in casu præsumptio hæc à præsumptione legis nil distabit. Et hæc declaratio comprobatur ex his, quæ dicemus in fine 35. quæstionis, cù vna cum Bal. Spec. & alijs hanc præsumptionem semiplenè probare ostendimus, & præterea Bal. in d. l. siue possidetis, num. 7. C. de probat. sentit hanc præsumptionem transferre onus probandi in aduersarium.

Præsumptionem operari, vt æquitas rigori præferatur, breuis explanatio.

S V M M A R I V M.

- 1 Præsumptio operatur, vt rigori præferatur æquitas, & quid de purgatione more, nu. 4.
2 Appellatione pendente, sententia nequit mandari executioni. Id quando non procedat, num. 3.
3 More purgatio non nisi suadente equitate permissa est.

Q V A E S T I O XXXIV.

QVAERO trigesimoquartò, an præsumptio operatur, vt æquitas præferatur rigori. Et operari & docuit Cagnol. in l. in omnibus quidem, num. 10. ff. de reg. iuris, adductus auctoritate glossæ in c. sulcitata de rest. in integrum, in gl. penultim. iuris rigore sancitum est, quod pendente & appellatione, vel supplicatione, sententia exequi non possit, at tamen & si præsumptio erit coniuncta cum æquitate, pro ipso petente executionem, illa fieri debet, ita gl. illa, quam secuti sunt Doct. & Prepof. in c. disciplina, 45. dist. Felin. c. 2. nu. 1. de re iud.

Huc facit quod docuit Gulielmus Maynerius in l. in obsecris, n. 6. de reg. iur. cum dixit præsumptionem operari, & vt locus sit purgationi more, quæ quidem purgatio non nisi suadente equitate permissa est.



Præsumptio quando & quomodo operetur, ut præstetur expensæ litis ei, pro quo stat ipsa præsumptio, diligens & copiosa explicatio.

S V M M A R I V M.

- 1 Præsumptio efficit, ut is contra quem est, cogatur aduersario pauperi subministrare expensas litis, & alimenta.
- 2 Litis super filiatione pendente, verum alimenta, & litis expensas subministrare teneatur pater.
- 3 Litis expensas, & alimenta præstanda à patre tribus concurrētibus aliqui voluerunt, quorum opinio reuocatur, num. 4.
- 4 Exheredato pro filio semper præsumptio est, quod iniuste sit exheredatus, nisi causa ab herede probetur.
- 6 Alimenta, & litis expensæ ut decernantur filio, sufficit solam pro filio extare præsumptionem, & ea, qualis requiratur, cū ampliatione ibi, nu. 7. 8. 10. 15. & seq.
- 9 Emancipationis, & patriæ potestatis hodie differentia nulla est, quo ad successionem & alimenta.
- 11 Legitimus per subsequens matrimonium, dicitur verè & propriè legitimus, idem in legitimis per rescriptum, vel oblationem curiæ, quo ad successionem, & alimenta, nu. 12.
- 13 Filios naturales, & spurios, inspecta æquitate canonica, pater hodie alere tenetur.
- 19 Appellatum si fuerit à sententia pro vxore lata, nil dicitur atterentare iudex, si alimenta vxori decernat.
- 20 Appellatio suspendit iudicatum, non tamen impedit præsumptionem iustitiæ, vel reuocandis ipsius sententiæ.
- 21 Monacho litiganti contra Abbatem, vel monasterium decernenda sunt litis expensæ, si pro ipso extet præsumptio. Idem est in vasallo contra dominum litigante, num. 22. Et in eo cuius bona sunt sequestrata, num. 23.
- 24 Filio adoptiuo litiganti contra patrem, non decernuntur alimenta, vel litis expensæ.
- 25 Filiorum appellatione, quando non veniant adoptiuo.
- 26 Pater adoptiuus non tenetur alere filium adoptiuum contra opin. gl. Spec. Bald. & Lambertini.
- 27 Filio, qui hereditati renunciauit, non decernuntur alimenta, & sumptus ex bonis paternis, lite super eis pendente, et si renunciationem filius rescindi petat.
- 28 Pretium succedit loco rei.
- 29 Iura sua remittentibus, non datur ad illaregressus.
- 30 Renunciatio semper legitime facta præsumitur.
- 31 Alimenta præsertim non habent privilegium alimentorum.
- 32 Inopia sola non est causa sufficiens ad consequendum alimenta, & sumptus litis.
- 33 Filiationis quasi possessio, satis probata dicitur, se testes afferunt hunc reputari & tractari à patre pro filio.
- 34 Alimenta & sumptus litis quousque præstentur. Et quod iudicis arbitrio taxentur, num. 35.
- 36 Litis expensæ an restituendæ sint cum alimentis, si is cui decernita fuerunt, in lite succumbat.
- 37 Mulier ventris nomine missa in bonorum possessionem, si prægnans non reperitur, non restituit fructus, & alimenta, nisi calumnia id causa fecisse conuincatur.
- 38 Alimenta, & sumptus litis si cui decernantur, verum cauere is debeat.
- 39 Alimentorum assignatio & impensarum, nullum facit præiudicium causæ & iudicio principali.

Q V A E S T I O XXXV.

**Q**VARO trigesimoquinto, an præsumptio alios efficit, præter hæcenus commemoratos operetur? Et operari dicimus, ut is, contra quem est ipsa præsumptio, teneatur subministrare litis expensas, & alimenta certis in casibus non habet vnde se alat, & causam suam defendat, sicuti quando præsumptio est pro filio, qui de filiatione, vel alimentis aduersus patrem contendit. Hæc sane præsumptio sufficit, ut ipso filio aliunde non habenti

decernantur à patre alimenta, & litis impensæ, ita scripsit Rota Romana decis. 2. in tit. de iudicijs, in antiquioribus, & in decis. 1. in tit. de accus. in antiquis. Bellamer. in conclus. 88. Aret. in c. si qui testium, num. 14. de testib. & ibi Felin. nu. 8. Afflic. in decis. 10. & 11. Boer. q. 324. nu. 4. Alc. in tract. præsumpt. reg. 2. præsum. 9. & lib. 8. parerg. iuris, c. 24. & in resp. 449. late Crauer. in consil. 164. Petr. Rebuffus in commentarijs ad constitutiones Galliarum tom. 1. in tit. de sententijs provisionalib. art. 1. gl. 2. nu. 5. Ioan. Lupus in repet. c. per vestras. §. 39. nu. 3. de donat. inter vir. & vxor. Benincas. in tract. de paupertate, in 4. speciali, num. 14. Duennas in reg. 365. in 4. ampliat. dum vult hæc concedi etiam in prima instância, & sic ante sententiã. Eandem quoq; traditionem a peritis probarunt Didac. Couar. in lib. practicarum quæstio. cap. 6. nu. 5. Ioan. Baptist. Pontanus in tract. de alimentis, c. 3. nu. 2. & c. 13. nu. 16. & cõem, ac veram testatur Decian. in consil. 66. nu. 2. lib. 2. Affirmarunt & rectè quidem prædicati oēs, sufficere solã ipsam præsumptionem. Quorum sentiam probat text. in l. si instituta, §. si de inofficio, ff. de inoff. testam. quam mox explicabimus. Cõfert etiam text. l. vt. §. quod si ei. C. de ord. cognitio. quo sancitum est, quod si ab eo, qui est in quasi possessione libertatis bona subrepta sunt ab eo, qui dñm se esse contendit, is qui asserit se dñm impensam litis illi, si aliunde non habet, subministrare debet ex bonis illis. Ea est rō, quia illa quasi possessio libertatis, & bonorum præsumptionem pro ipso auctore facit, l. circa, ff. de probat. Quib. in intelligimus verã non esse opinionem eorum, qui in dñm dixerunt, quod pendente lite super filiatione, debeat alii filius à patre, qui & ei expensas litis subministrabit. Quia quidem in opinione fuit glo. in l. si quis à liberis, §. si vel parens, ff. de liber. agnoscen. & in l. vt. in gloss. vt. C. de alend. liberis. Hæc opinio ex prædictis falsa detegitur, & eam expressè dānarūt Petr. Iacob. de Arena, Cyn. Ang. & Alber. in d. l. vt. & Bar. in l. sineget, ff. de liber. agnosce. qui inquit, quod si opinio illa admitteretur, absurdū, & iniquū sequeretur, quod quilibet posset mouere litē, & allegare se esse filium, & interim aleretur, & Bar. secutus est etiam Dec. in d. consil. 66. nu. 1. lib. 2. Detegitur etiam ex prædictis falsa opinio eorum, qui dixerunt, ita demū filio, & similib. præstanda esse alimenta, & litis expensas, & quando tria concurrunt, quorum primum est, quod sit in quasi possessione, secundum quod pro eo lata sit prima sententiã, tertium quod sit pauper, atque ita non habeat vnde se alat, & litis impensas sustineat.

In hac opinione fuerunt Alberic. Ang. & Castr. in d. l. si instituta. §. si de inofficio, ff. de inoff. testam. idem sentit Salic. in l. vltim. col. 1. vers. quærit glof. C. de ordine cognit. & alios plures recenset nouè Ant. Cordubensis, in l. si quis à liberis, §. si vel parens, num. 42. de liber. agnosce. & si multi ex his, quos ille allegat, id non scribunt. Testatur tamen Cordubas post Didacū, hæc esse cõem opinionem. Hæc sanè opinio vera non est. Concedimus quidem tertium illud requisitum, quod scilicet filius iste, vel ei similib. pauper esse debeat, & aliunde non habeat vnde se alat, & litis impensam faciat, sicuti manifestè probant d. §. de inofficio, & d. l. vt. §. quod si ei. Non tamē ipsa sola inopia sufficit, ut suo loco dicemus. Porrò illud secundum requisitum, quod scilicet esse debeat in quasi possessione filiationis, vel alterius sui iuris, verum non est, cum sufficiat præsumptio aliunde proueniens. Et diximus supra, illã quasi possessionem, cuius meminit d. l. vt. C. de ordin. cognit. præsumptionem inducere. ita quoq; verum non est tertium illud requisitum, nempe quod necessaria sit prima sententiã. Hoc quidem falsum est, nam tex. d. §. si de inofficio, quo isti mori sunt, id non probat. ibi enim necessaria fuit sententiã pro filio exheredato, quia ei repugnabat præsumptio illa, exortã à patris exheredatione, ob quã sicuti

senti ipsi exheredato non competebat Carboniana bonorum possessio, necius percipiendi alimenta ex bonis patris, qui de inofficio, ff. de inoff. test. ita nec ei competeat ius petendi alimenta ab aduersario, nec litis sumptus, donec obtineret sententiã, ob quam pendere ipsa lite, & appellatione, consequeretur ipsas expensas. Erat enim eo tempore necessaria sententiã pro filio, cui aduersabatur præsumptio oriens ex patris exheredatione, quã iusta credebatur, l. nam & his. §. 1. ff. de inoff. testam. ita in specie doctè, & acutè explicauit d. §. si de inofficio, eruditissimus Didacus Couar. in d. lib. pract. quæst. c. 6. nu. 5. qui ob id subiungit, diuersum hodie esse: cum præsumptio sit magna pro ipso filio, quod scilicet iniuste fuerit exheredatus, & ob id nisi hæres probet, iustam fuisse exheredationis causam, succumbet. l. omnimodò, C. de inoff. testam. & Saliud quoque capitulū, in auct. vt cū de appell. cognos. gl. in l. vt. in prin. ff. quod met. caus. & scribit Alc. in tract. de præsum. reg. 1. præsumpt. 16. & dicemus infr. lib. 4. præsum. 64. Quia ex re inferitur, hodie filiū hūc exheredatum, si aliunde non habet, vnde se alat, & litis expensas sustineat, alimenta, & litis expensas consequi posse ab herede scripto. nam pro ipso filio stat præsumptio ex quasi possessione filiationis, quam pater ipse fatetur, dum eum exheredem facit. Ipsi verò filio non repugnat præsumptio ex exheredatione, cum hodie iniuste exheredatus præsumatur. Et hanc quidem illationem nisi sunt probare Ceph. in consil. 127. nu. 12. lib. 1. & Cordubensis in d. §. si vel parens, nu. 44. & prius Didacus in d. c. 6. nu. 6. est itaq; vera & recepta sententiã hæc, quo ad hoc, vt filio decernantur alimenta, & litis expensæ ex bonis patris, & sufficere solã pro ipso filio extare præsumptionem, quã quidem esse debet vrgens, alioqui leuis non sufficit, ita Didac. in d. c. 6. nu. 6. vers. nō tamen negauerim, & Molina in lib. 2. de Hispan. primog. cap. 16. nu. 36. & ideo subiungit idem Didac. ibid. nu. 7. vers. quã in te oportet, quod si pro aduersario extant præsumptiones vrgentes, decerni nō debent hæc alimenta, nec impensæ litis. Et rursus hæc præsumptio esse debet in eodem iudicio, de quò agitur. Non enim si ageretur iudicio possessorio, sufficeret præsumptio, quod is actor foueret ius in petitorio. ita Ioan. Baptist. Pontanus in d. tract. de alimentis, c. 13. nu. 6. qui testatur, sic obseruasse Rotam Romanam.

Extenditur primò hæc traditio, ut locum habeat, si siue ipse filius agat, siue conueniatur super successionem bonorum patris. Ita extendit Petr. Duennas in d. reg. 365. in 1. ampliat. ex d. l. si instituta, §. si de inofficio, ff. de inoff. test. & ex l. 1. & ibi Doct. C. de Carbon. edict. Verum dubito, cum iura solum de ipso filio auctore loquantur, & ratio inopia cessare videtur in filio, qui contentatur, quia tunc præsupponitur, quod ipse possideat bona.

Extenditur secundò, ut procedat in filio emancipato. Nam & is, si inops est, & præsumptionem habet pro se consequi debet alimenta & litis expensas ex bonis patris. Ita in specie extendunt Petr. Duennas in d. d. reg. 365. nu. 2. Ludouicus Molina in lib. 2. de Hispan. primog. c. 16. nu. 31. Ea ratione vsi sunt, quod nulla hodie sit differentia emancipationis, & patriæ potestatis, quo ad successionem, & alimenta, §. verò neque fratres, in athen. de her. ab intestat. venien. Et scribunt Angel. in l. nihil, C. de vncup. pro herede. Alex. in l. cum quidam, §. suum heredem, col. vt. ff. de acq. hered. & Ias. in l. si emancipati, num. 36. C. de collat.

Extenditur tertio, ut procedat in filio legitimo per subsequens matrimonium. Ita Duennas in d. regul. 365. in 7. ampliat. & Molin. in d. c. 16. nu. 3. Ratio est (vt ibi scribunt) quia legitimatus per subsequens matrimonium dicitur verè & propriè legitimus, l. cum quis, C. de natural. lib. & c. tanta, qui filij sunt legitimi. Et idē esse existimo, in alijs filijs legitimis per rescriptum, vel

oblationem curiæ. Nam & ij dicuntur verè & propriè legitimi quo ad successionem & alimenta, vt late respondit Alex. in consil. 2. lib. 1.

Extenditur quarto, ut procedat etiã in filijs naturalibus, & spurijs, quos hodie in specia equitate canonica pater alere tenetur, c. cum haberet, de eo qui duxit in matrem quam polluit per adulter. Ita in specie scripserunt Dec. in d. consil. 66. nu. 6. lib. 2. Molin. in d. c. 16. nu. 32. & Duen. in d. reg. 365. in 9. limit. Idem scripsit Ant. Cordubensis in d. §. si vel parens, nu. 63. & si loquatur qñ hic spurius agit pro legato alimentorum ei factò à patre.

Extenditur quinto, & etiam in filio, qui adhuc est in utero, nã & ventri prouidendū est, atque ita decernenda sunt alimenta. Ita in specie tradunt Masuerius in pract. in tit. de possessorio, num. 26. Duennas in d. reg. 365. in ampliat. 9. & Ludouicus Molin. in d. c. 16. nu. 33.

Extenditur sexto, ut locum habeat etiam in nepotibus, pronepotibus, & abnepotibus, rectè tamen linea, ijs equidem decernenda sunt alimenta, & litis expensæ, cum pro eis stet præsumptio. Ita tradunt in spẽ Duennas in d. reg. 365. in ampliatione quinta. Masuerius in pract. tit. de possessorio, §. item & recedentia, Ludouicus Molin. in d. cap. 16. nu. 34. Rebuffus in commentarijs ad constitutiones Galliarum, in tomo 1. in tit. de sententijs prouisio. art. 1. gl. 2. Et manifestè probat text. in d. l. si instituta, §. si de inofficio, ff. de inoff. test. et si Castr. ibi scripsit intelligi nepotem pro ipso filio.

Extenditur septimo, ut locum habeat etiam conuerso in patre, qui ordine turbato succedit filio, iuxta l. nam & si parentib. ff. de inoff. test. Nam & ei inopi, existente pro eo præsumptione, decernenda sunt alimenta, & sumptus litis, qñ aduersus filiū, vel aliū pro filij hæreditate agit, sicuti in specie scribit Duen. in d. reg. 365. in 6. ampliat.

Extenditur octauò, ut procedat etiam in fratre, & sorore, qui litè hēt aduersus fratrem, vel sororē, vt consequatur alimenta ei à patre relicta in testamento, vel cū iure primogenituræ ei præstare debet. Ita in specie respondit Alciatus in respõ. 449. & Ludouicus Molin. in lib. 2. de Hispanorum primog. c. 16. nu. 35. Et idem sentit Didac. in lib. pract. quæst. c. 6. nu. 5. dum post Rebuffum in præcitato tit. de sententijs prouisio. art. 1. gl. 2. scribit, diuersum esse in fratre agente pro hæreditate fratris. Non enim (ait Didac.) eo casu locus est dispositioni d. l. si instituta, §. si de inofficio. Verum hoc intelligit Didacus, nisi frater, vel soror petat hæreditatem fratris ex eius testamento nec abolito, nec cancellato, iuxta l. vltim. C. de edict. Diui Adr. tollend. Id quod obseruatum aliquando fuisse in Granatenfi consilio testatur ipse Didacus. Et traditionem hanc probarunt & Duen. in d. reg. 365. in si post Rebuffum, quem recenset, ac etiam Ioan. Baptist. Pontanus in d. cap. 13. nu. 1.

Extenditur nonò, ut etiam locum habeat in vxore, quã litigat aduersus maritum. Nam & ei decernenda sunt alimenta, & litis expensæ à marito, si aliunde non habet, & pro ea stat aliqua præsumptio. Ita in specie scribunt Abb. & reliqui in cap. ex parte. de accusat. Afflic. in decis. 10. qui testatur ita fuisse decisum, & idem in decis. 152. Alciat. in tract. de præf. reg. 3. præsumpt. 9. num. 5. & Boer. in quæst. 24. num. 4. & his prius Alber. in l. vltim. num. 2. C. de ordine cognitio. Socin. Sen. in consil. 286. lib. 2. & Io. Lupus in c. per vestras, in §. 36. nu. 6. de donatio. inter virum & vxorem. Idem scripsit Didacus in libro practicarum quæst. cap. 6. nu. 5. vers. idem erit. Qui quidem subiungit, idem esse in vxore, quã mortuo marito agit ad dotem, & donationem propter nuptias, vt ei litis expensæ, & alimenta ab heredibus mariti præstentur, sicuti in specie tradit Rebuff. præcitatis in commentarijs ad constitutiones Galliarum, tomo primo. in tit. de sentent. prouisio. artic. 3. gloss. 1. Eandem sententiã probarunt etiam Pontanus in d. c. 13. nu. 2. Ant. Cordubensis